

titulum: Iulii Pflugii de ordinanda republica Germaniae oratio. Francof. M DC XII. 4to.
Edidit Christophorus Pflugius Iulii ex fratre pronepos, et Romanorum Imperatori Matthiae dedicauit. Debeo liberali dextrae viri doctrina, meritis, et dignitate illustris, Ahasueri Tobiae Behmii, Consiliarii in regimine Rudolstadiensi, cui suavitatem vitae precor dignam ingenuae voluntatis candore.

IV. De institutione Christiani hominis, Coloniae 1564. 8. lat. In Gothana bibliotheca exemplar vidi impressum Coloniae 1562. 4to.

B. D. Rechenbergius in Disputat. de Interim Augustano §. 9. ita scribit: Pflugius propter librum de institutione hominis Christiani contra B. Lutherum editum, a pontificiae sectae hominibus celebrabatur. Hic liber occasio fuit scribendi Interim.

V. De vero Dei cultu, lat.

VI. Consilium Caesari datum in causa religionis.

VII. De Sacrificiis missae.

VIII. De Deo et sancta Trinitate.

IX. De reformatione Christiana,

X. Ad-